

2^o ostenditur carum donarium et cetera, cum dicitur in themate: anima mea. Unde princeps noster cesar augustus, dum vita^p fungeretur dicere potuit illud Sap. 8, 19: *Puer eram ingeniosus et sortitus sum animam bonam. Placita erat deo anima eius*, ibidem, *propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum*, 4^o, 14. Est considerandum, quod multas nobiles condiciones anime in sacro eloquio reperio, que eleganter competunt domino nostro, primo:

Anima deum contemplatur, qui dat salutis bravia;
 anima deo commendatur felici pro custodia^q;
 anima a deo liberatur et nescit mortis tedia;
 anima deum veneratur laudis per compendia;
 anima ad deum elevatur per pietatis studia;
 anima deo presentatur, quietis intrat gaudia.

De primo dominus noster ·N·^{2a}) dicere potest: *Vidi dominum facie ad faciem^r et salva facta est anima mea^s*, Gn. 32, 30. De 2^o princeps noster dicit: *In manus tuas, domine, commendo spiritum meum*, Ps. 30, 6. Dominus autem conditor mundi respondeat: *Ecce servus meus, suscipiam eum; electus meus, complacuit sibi in illo anima mea; dedi super eum spiritum meum*, Is. 42^t, 1. Pro 3^o dicit ·N· cum propheta: *Eripuit animam meam de morte . . . usque viventium*, Ps. 55, 13. Nota primo de sepultura: *Ieronymus*; et ponitur 13 questio 2: *Ebron*³). Item capitulo *Postquam*, et capitulo *In ecclesiastico*^u, et capitulo *Precipiendum*, et capitulo *Cum gravia*, *Augustinus*^v in libro de agenda^w cura pro mortuis capitulo *Non estimemus*^x, et capitulo *In presenti*, et capitulo *Pro obeuntibus*, et capitulo *Anime*, et capitulo *Tempus*^y, et capitulo *Quia alii*, et capitulo *Quam preposterum*, et capitulo *Ubicumque*, et capitulo *Fatendum*^z. Quoniam non vult (fol. 61^v) *deus perire animam, sed retractat cogitans, ne penitus pereat*, 2 Rg. 14^a, 14. Causa quarti ·N· dicere valuit: *Laudabit usque ad mortem anima dominum . . . usque deorsum*^b,

p) vita Ms.

q) Dahinter vel eterna Ms.

r) facie Ms.

s) me Ms.

t) 52 Ms.

u) ecclesia Ms.

v) Davor ein Paragraphenzeichen Ms.

w) agendis Ms.

x) extimus Ms.

y) eps mit Kürzungsstrich Ms.

z) faciendum Ms.

a) IX Ms.

b) deus noster Ms.

^{2a}) ·N· bedeutet hier und im folgenden wohl: Karolus.

³) Decr. Grat. pars 2 causa 13 questio 2 can. 2, 13—15, 17—26, 29 (ed. Friedberg).